




HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.



QUAESTIONES
DE USU INFINITIVI HISTORICI APUD SALLUSTIUM ET TACITUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

(Christian Friedrich)
CAROLUS HUEBENTHAL
SERVESTANUS.

HALIS SAXONUM
FORMIS GEBAUERICO-SCHWETSCHKEANIS.
MDCCCLXXXI.

PARENTIBUS DILECTISSIMIS

HAS QUAESTIONES

PUBLICUM PIETATIS ATQUE OBSERVANTIAE DOCUMENTUM

EXSTARE VOLUIT

CAROLUS HUEBENTHAL.

Infinitivum historicum seu absolutum, quem dicunt, non esse explicandum per ellipsin — quam cum Quintiliani Priscianique tum veterum rhetorum grammaticorumque sententiam usque ad huius saeculi initium omnes fere secuti sunt, qui rebus grammaticis studebant — et Philippus Wagner (v. Vergil. edd. Heyne-Wagner IV, excurs. XXX) et Augustus Mohr (v. der historische Infinitiv, Meiningen 1821, p. 19 ss.) recte intellexerunt primique argumentis confirmaverunt. Quae vero sit istius infinitivi origo, vis, usus, quamquam grammatici aliique viri docti, duobus illis auctoribus usi, saepe diligenterque quaesiverunt, tamen tantum abest, ut quaestio de hac re absoluta sit, ut inchoata vix esse videatur. Eorum enim, qui de rebus illis quaestiones instituerunt, nemo adhuc fecit iudicia, quae ceteri prorsus comprobarent: opinionibus, quas alii proposuerant, partim refutatis partim neglectis suam quisque protulit sententiam. Quia enim neque apud veteres ipsos explanatio huius infinitivi invenitur neque apud nos analogia ulla exstat, omnes, qui materiam istam tractare conabantur, priusquam ad ipsum infinitivi historici usum accederent contemplandum, paucis, et unde is ortus esse videretur et quam vim haberet, sibi dicendum esse arbitrabantur. At cum infinitivus num esset substantivum an verbum an adverbium inter grammaticos

nondum convenerit, minime mirandum est, quod etiam de infinitivi historici origine et vi tam varie iudicatum est. Quas Wagneri, Schmidtii, Mohrii aliorum, quos nominare longum est, sententias, cum Gustavus Mohr in dissertatione, quam inscripsit: „de infinitivo historico (Halis Saxonum MDCCCLXXVIII)“ enumeraverit perlustraveritque, me hoc loco omittere posse existimo. Tum vero, ut concedam, quaestionem de origine infinitivi historici ante usum infinitivi istius aperte dilucideque expositum fortasse tractari posse, tamen, quae sit vis infinitivi historici vel potius quo consilio quaque ratione rerum scriptores hac figura usi sint, diiudicari decernique non posse, nisi antea, locis, quibus illi infinitivum historicum adhibuerint, perlustratis omnibus, usus iste plane cognitus sit, equidem statuo atque contendo. Priusquam enim rem ipsam causasque eius plane perspectas habeamus, nullo modo fieri potest, ut intellegamus, quid quoque loco forma seu figura quadam scriptor sibi voluerit.

De usu igitur infinitivi historici quaestiones hac dissertatione instituere in animum induxi instituamque eas per libros Sallustii et Taciti, qui infinitivo illo omnium Romanorum saepissime usi sint.

Priusquam vero rem propositam ipsam tractare conor, et locis, quibus scriptores illi infinitivis historicis usi sunt, et verbis, quae hac forma adhibuerunt, singulatim enumerandis supplementum dissertationis illius, quam Gustavus Mohr „de infinitivo historico“ conscripsit, afferre supervacaneum non esse mihi videtur. Qua in enumeratione Henrici Jordani et Caroli Halmii usus sum editionibus.

Cap. I.

Quibus locis infinitivi historici reperiantur.

Inveniuntur igitur infinitivi historici apud Sallustium:

Cat. VI, 4. 5; X, 6; XI, 4; XII, 2. 5; XIII, 3; XIV, 6; XVI, 2. 3; XVII, 1; XX, 7; XXI, 2. 4; XXIII, 2; XXIV, 2; XXV, 5; XXVII, 2; XXVIII, 4; XXXI, 2. 3. 7. 8; XXXVIII, 1; XXXIX, 2; XL, 4; XLVII, 1; XLVIII, 1; LI, 29. 30; LIV, 4; LVI, 4; LX, 3. 4;

Jug. VI, 1; VII, 6; XI, 8; XII, 5; XIII, 5; XV, 2; XX, 8; XXIII, 1; XXX, 1. 3; XXXII, 3; XXXIII, 3; XXXVI, 2; XXXVII, 4; XXXVIII, 1. 3. 5; XXXIX, 1. 2; XLI, 5. 9; XLIII, 3; XLIV, 5; XLV, 2; XLVI, 1. 6; XLVII, 3; IL, 4; L, 2. 4. 6; LI, 1. 4. 5; LIII, 7; LV, 2. 3. 4. 8; LVII, 4. 5; LVIII, 2. 3; LIX, 3; LX, 1. 2. 4. 5. 7; LXIV, 2. 5; LXV, 5; LXVI, 1; LXVII, 1. 2; LXIX, 2; LXX, 1. 5; LXXII, 2; LXXIII, 4. 5; LXXIV, 1; LXXV, 10; LXXVI, 3. 4; LXXIX, 7; LXXXII, 2; LXXXIII, 3; LXXXIV, 1. 2; LXXXVI, 2; LXXXVII, 1. 2; LXXXVIII, 2; LXXXIX, 1; XCI, 1. 4; XCII, 2. 9; XCIII, 1; XCIV, 2. 3. 4. 5. 6; XCV, 3; XCVI, 2. 3; XCVII, 5; XCVIII, 1. 2. 6; IC, 1; C, 1. 3. 4; CI, 4. 6. 7. 11; CV, 4; CVI, 6; CVII, 3; CXI, 2; CXIII, 2;

Hist. fragm.[1]) lib. I: cap. 2, fr. 11; lib. III: cap. 5, fr. 77, 15.

Infinitivos, qui leguntur

Hist. fragm. lib. I: cap. 3, fr. 20. fr. 23; cap. 8, fr. 93. fr. 95;
lib. II: cap. 2, fr. 23. fr. 33; cap. 5, fr. 52; cap. 6, fr. 57; cap. 7, fr. 66;

---

[1]) Hic Fridericum Kritzium sequor.

lib. III: cap. 2, fr. 22; cap. 5, fr. 76; cap. 7, fr. 88;
lib. V: cap. 1, fr. 4,

hac in enumeratione componere dubitavi, quod, utrum re vera historici an cum verbo altero coniuncti fuerint, hodie discerni non iam potest.

Apud Tacitum infinitivi historici reperiuntur:

Agr. 18 (bis); 19; 20; 21; 27; 34; 36 (bis); 37; 38;
Germ. 7; 33;
Hist. I: 23; 35; 36; 45; 46; 50; 51; 52; 62; 65; 68; 71; 72; 81; 85; 89;
II: 5; 6; 12; 18; 19; 22; 23; 28; 29; 30; 35; 41; 42; 46; 52; 54; 56; 70; 78; 80; 82; 84; 93; 94;
III: 10; 17; 18; 25; 31 (bis); 33; 36; 48; 49; 50; 53; 55; 58; 60; 62; 63; 73; 76; 84;
IV: 1; 2; 11; 12; 16; 20; 29; 34; 42; 46; 49; 54; 55; 62; 67; 70; 80; 81; 83; 84;
V: 15; 22;
Ann: I: 2; 3; 4; 5; 7; 11; 16; 19; 21; 25; 28 (bis); 31; 34; 40; 46; 65; 70; 71;
II: 4; 5; 23; 29; 31; 39; 40; 43; 52; 55: 57; 59; 64;
III: 20; 26; 42; 45; 46;
IV: 2; 12; 25; 28; 48; 49 (bis); 50; 51; 54; 55; 60; 68; 69; 70; 74;
V: 4;
VI: 17; 19; 21; 26; 32; 33; 34; 35; 43; 44; 50;
XI: 9; 12; 16; 28; 31; 34; 37;
XII: 1; 2; 3; 4; 9; 12; 14; 15; 34; 35; 42; 44; 46; 47; 51; 54; 65; 68;
XIII: 3; 13; 14; 15; 18; 19; 35; 37; 40; 43; 44; 45; 46; 57;
XIV: 3; 5; 8; 10; 14; 15 (bis); 16; 23;
XV: 11; 12: 13; 16; 27; 37: 38; 40; 51; 58; 71;
XVI: 5; 13; 19.

Cap. II.

Quae verba in infinitivi historici forma legantur.

Verba autem, quae usurpata in infinitivi historici forma inveniuntur, haec sunt:

abdere v. dare;

abolere Hist. V, 15;

accendere Ann. XIII, 13; XV, 51; v. etiam incendere;

addere v. dare;

aequare Ann. XII, 9 (pass.);

agere Cat. 39, 2; Jug. 6, 1; 7, 6; 20, 8; 37, 4; 44, 5; 51, 1 (pass.); 55, 2; 60, 1. 5; 76, 3; 96, 2; 98, 6; Hist. fr. lib. I: cap. 2, fr. 11; — Agr. 5; Hist. III, 36. 76; IV, 70; Ann. I, 70 (pass.); XII, 12; XIV, 15; XV, 71; — agitare Cat. 24, 2; Jug. 30, 1 (pass.); 60, 4; 66, 1; 94, 4; — circumagere Hist. III, 73 (pass.); IV, 29; — cogere Jug. 66, 1; 84, 2; — exagitare Jug. 72, 2 (pass.); 73, 5; — Ann. IV, 12;

animare —; exanimare Ann. IV, 49 (pass.);

aperire Hist. III, 25; Ann. XVI, 9;

appellare v. pellere;

arcere —; coercere Agr. 20; Hist. II, 82; — exercere Hist. fr. lib. I: cap. 2, fr. 11; — exercitare Ann. XII, 12;

arcessere v. cedere;

ardere —; inardescere Ann. VI, 32;

arguere Ann. I, 40 (?); XV, 51;

ascire Agr. 19;

assultare v. salire;

audire Germ. 7 (pass.);

augere Jug. 20, 8; 38, 1; 92, 9 (pass.);

cadere Jug. 92, 9; — Hist. IV, 29; — concidere Jug. 101, 11;

caedere Jug. 50, 4; 58, 3; 69, 2; 97, 5; — Agr. 36; Ann. III, 46; — occidere Jug. 101, 11 (pass.); — Ann. IV, 25 (pass.);

canere Jug. 94, 5; 99, 1;

capere Jug. 38, 5; 58, 2; 69, 2; 101, 11 (pass.); — Agr. 20; Hist. II, 5; III, 17; Ann. IV, 25 (pass.); — accipere Jug. 96, 2; — Ann. XV, 58 (pass.); — antecapere Cat. 13, 3; — excipere Ann. XIII, 18; — praecipere Hist. III, 73; — recipere Hist. III, 18;

castigare Hist. II, 19;

causari Ann. XIII, 44; — accusare Jug. 70, 5; — incusare Ann. I, 46; — recusare Agr. 5;

cavere Jug. 55, 3;

cedere Jug. 36, 2; 59, 3; — Hist. III, 31; — arcessere Cat. 60, 4; Jug. 39, 2; 43, 3; 73, 5; 84, 2; — concedere Ann. II, 43; — decedere Ann. XII, 35; — incedere Jug. 46, 6; 100, 1; 101, 7; — Hist. III, 50; Ann. II, 59; — incessere Hist. II, 22; Ann. VI, 34; — procedere Jug. 50, 2; 65, 5; 83, 3; — succedere Jug. 57, 4; 94, 3;

celebrare Jug. 73, 5; — Ann. XI, 16 (pass.);

cernere —; decernere Jug. 55, 2;

certare Jug. 6, 1; — Hist. I, 45;

ciere Ann. I, 21; — accire Jug. 84, 2; — Ann. VI, 33; — concire Ann. XII, 15; — concitare Agr. 38 (pass.); — excitare Jug. 49, 4; — incitare Hist. II, 82; — sollicitare Cat. 28, 4;

cingere —; accingere Hist. IV, 62 (pass.);

clamare —; clamitare Ann. XII, 35;

clarere —; clarescere Ann. XI, 16; XV, 37;

cogere v. agere;

— praeferre Ann. III, 44; — referre Hist. II, 78; Ann. XII, 54;
festinare Cat. 6, 5; 27, 2; 31, 2; 39, 2; 55, 3; 66, 1; 69, 2; 76, 4; — Hist. III, 55;
fidere Hist. III, 63; — diffidere Cat. 31, 3; Jug. 46, 1;
fingere Cat. 47, 1; — Ann. VI, 50;
firmare Hist. II, 93 (pass.); III, 36. 76; Ann. XII, 34; — affirmare Hist. I, 35; — confirmare Jug. 33, 3; 38, 5;
flectere Ann. IV, 54 (pass.); — deflectere Hist. II, 70;
fligere —; afflictare Cat. 31, 3;
fluere Ann. XI, 31; — affluere Ann. XIV, 8;
fodere Hist. IV, 29; — suffodere Jug. 57, 4;
foedare Hist. III, 84;
frangere Agr. 38 (pass.); — effringere Jug. 12, 5;
fremere Hist. II, 6. 28; Ann. XI, 28; XIII, 13;
fugare Jug. 58, 3;
fugere Jug. 58, 2;
fundere Jug. 58, 3; 94, 6; — effundere Ann. I, 11 (pass.); — superfundere Agr. 36;
fungi Hist. III, 25;
gerere Cat. 31, 2; — Ann. XI, 31; — aggerere Ann. II, 57; XIII, 14;
gliscere Ann. XIV, 15;
gnoscere v. noscere; — agnoscere Hist. I, 23; — cognoscere Jug. 88, 2; — recognoscere Hist. II, 70;
gradi —; aggredi Jug. 57, 5; — Hist. II, 22; III, 18; Ann. XIII, 13; — congredi Ann. XII, 42; — digredi Ann. XIV, 23; — egredi Ann. II, 64; — grassari Jug. 64, 5; — ingredi Ann. XII, 42; — regredi Jug. 55, 8;
grassari v. gradi;
gravescere Ann. I, 5;

gregare —; congregare Ann. I, 16; II, 52;
habere Cat. 11, 4; 12, 2; 13, 3; 31, 2; Jug. 7, 6; 11, 8; 13, 5; 41, 9; 50, 2; 60, 1; 64, 5; 74, 1; 84, 2; 113, 2; — Agr. 18 (pass.); Hist. IV, 80 (pass.); Ann. II, 52 (pass.); XIII, 18 (bis);
haerere Ann. VI, 26; — adhaerescere Ann. XI, 12;
hortari Cat. 6, 5; 17, 1; 27, 2; Jug. 30, 3; 51, 4. 5; 60, 4; — Agr. 21; Hist. II, 78. 82; IV, 34. 49; Ann. IV, 50; XII, 34. 46; XV, 12; — adhortari Ann. XII, 51;
impedire Ann. II, 23; v. etiam expedire;
incendere Agr. 38; v. etiam accendere;
incessere v. cedere;
infensare Ann. VI, 34; XIII, 37;
inquietare Hist. III, 84; v. etiam requiescere;
instigare Hist. I, 52;
insurgere v. regere;
ire —; adire Jug. 89, 1; — Hist. II, 80; Ann. II, 39; III, 45; XIII, 19; XIV, 10; XV, 12; — ambire Hist. IV, 11 (pass.); — anteire Hist. I, 45; II, 5. 30; — circumire Jug. 45, 2; 51, 5; 100, 4; — Ann. I, 71; II, 29; IV, 50; XII, 34; — obviam ire Cat. 6, 5; Jug. 97, 5; — Hist. III, 18; — praeire Hist. I, 36; — redire Ann. I, 28; XI, 37 (sent. sec.);
iacere —; adiacere Ann. IV, 49; XV, 58;
iacere Jug. 37, 4; 76, 3; — Hist. I, 36. 85; Ann. II, 55; IV, 51. 68; XI, 31; XIII, 57 (sent. sec.); — adiicere Ann. XV, 27; — disiicere Ann. I, 65; — iniicere Hist. V, 22; — iaculari Jug. 6, 1; — obiectare Jug. 94, 4; — obiicere Hist. IV, 16;
iaculari v. iacere;
iubere Cat. 27, 2; — Hist. III, 73; Ann. XIII, 15;
iugulare Jug. 16, 3;
iungere —; adiungere Ann. VI, 33;

iuvare Hist. I, 23; III, 55; — adiuvare Agr. 21;
labare Ann. XIII, 43;
labi —; dilabi Hist. III, 58;
laborare Jug. 96, 2 (pass.);
lacerare Hist. III, 55;
laedere Jug. 84, 1; 96, 3;
laetari Cat. 51, 29; Jug. 98, 6; — Ann. I, 28; XII, 54;
lamentari Ann. IV, 62;
languere —; languescere Hist. III, 31;
largiri Ann. XI, 12; — dilargiri Hist. III, 55;
lascivire Ann. I, 16;
laudare Cat. 21, 4; Jug. 100, 3; — Agr. 20. 42; Hist. I, 45; II, 19 (pass.); Ann. IV, 68; XII, 2; XIII, 46; XIV, 3;
laxare Hist. III, 18;
legere —; deligere Ann. IV, 2; — eligere Agr. 38; — neglegere Cat. 54, 4; — Hist. IV, 83;
lenire Jug. 91, 1; — Ann. XIII, 18 (pass.);
levare Jug. 94, 2; — allevare Ann. XII, 51;
licere —; allicere Jug. 66, 1; — illicere Ann. XII, 15; — pellicere Ann. III, 42;
liceri —; polliceri Cat. 21, 2; Jug. 36, 2; 47, 4; 113, 2;
linquere —; relinquere Agr. 38;
locare Jug. 100, 4; — collocare Hist. I, 36;
loqui Jug. 6, 1; 64, 5; — Hist. III, 63; — alloqui Ann. XVI, 19;
ludere —; eludere Ann. XIII, 37; — illudere Hist. II, 94; — ludificari (v. etiam facere) Jug. 36, 2;
luere —; polluere Jug. 41, 9; — Hist. II, 56; Ann. IV, 49 (pass.);
maerere Hist. I, 50; II, 28; Ann. I, 28;
malle v. velle;
mandare —; commendare Hist. I, 36;

meditari Ann. XIV, 15;
meminisse Jug. 55, 3;
memorare Ann. III, 45;
mercari Cat. 14, 6; Jug. 44, 5; — commercari Jug. 66, 1; — emercari Ann. XII, 14;
mergere Hist. II, 35;
metiri Cat. 31, 2;
metuere Jug. 72, 2; 111, 3; — Hist. IV, 81. 84;
minari Jug. 94, 4; — minitari Jug. 55, 8; — Ann. II, 4 (sent. sec.); XIII, 15. 44;
ministrare —; administrare Jug. 92, 9;
mirari Jug. 64, 2; — Hist. II, 70;
miscere Jug. 12, 5; — Agr. 38; Hist. II, 23;
miserari Cat. 31, 3;
mittere Jug. 43, 4; 47, 3; 57, 5; 67, 1; 94, 2; 100, 4; — dimittere Hist. III, 55; — immittere Ann. II, 64; XII, 54; — missitare Jug. 38, 1; — omittere Hist. IV, 84; Ann. IV, 48; — remittere Jug. 58, 3; 98, 2; — Agr. 27;
moderari Jug. 82, 2; (v. etiam commodare);
moliri Cat. 27, 2; Jug. 11, 8; — Ann. XII, 3;
mollire Jug. 33, 3; — Agr. 19;
monere Jug. 30, 3; 60, 4; 64, 2; 70, 5; — Ann. V, 4; — admonere Ann. XV, 12; — commonefacere (v. etiam facere) Jug. 49, 4;
morari Jug. 94, 4; — Hist. III, 84; — demorari Ann. XII, 68;
movere Cat. 56, 4; Jug. 45, 2;
munire Jug. 44, 2; 100, 4; — communire Jug. 66, 1;
mutare Jug. 44, 5; 74, 1; — Ann. VI, 17 (pass.); XII, 14;
nectere Ann. XII, 14; XIII, 44; — connectere Ann. XIV, 16; — innectere Hist. IV, 46 (pass.);
negare —; denegare Cat. 54, 4; — negitare Jug. 111, 3;

neglegere v. legere;
niti Jug. 55, 3; 60, 1. 4; 101, 11; — Hist. II, 42; Ann. I, 34; IV, 51; — obniti Hist. II, 5; Ann. I, 21; XV, 11;
nolle v. velle;
noscere Agr. 5 (act. et. pass.); Hist. I, 68; II, 93; (v. etiam gnoscere);
novare —; renovare Jug. 51, 5;
nuere —; abnuere Jug. 47, 4; 83, 3;
occultare Cat. 23, 2;
opperiri Cat. 13, 3; — Agr. 18; Ann. XIII, 13;
orare Cat. 40, 4; Jug. 47, 3; 51, 4; 107, 3; — Ann. II, 29; XII, 51; — adorare Hist. I, 36;
ornare Ann. XV, 71;
osculari —; exosculari Hist. I, 45;
parare Cat. 24, 2; 27, 2; Jug. 11, 8; 23, 1; 43, 3; 60, 1; 66, 1; 75, 10; 76, 4; 99, 1; — Hist. III, 36; — separare Agr. 38;
parcere Cat. 14, 6;
pati Cat. 13, 3; Jug. 55, 8; 60, 5; 66, 1; 82, 2; 88, 2; 96, 3; 101, 11; — Agr. 20; Hist. III, 53. 60;
pavere Cat. 31, 3; — Ann. IV, 62; — pavescere Jug. 72, 2; — Hist. IV, 84; Ann. I, 4; VI, 21;
pellere Hist. fr. lib. I: cap. 2, fr. 11; — Ann. IV, 51; — appellare Cat. 17, 1; Jug. 96, 2; 113, 2; — Ann. XII, 47. 68; — impellere Hist. I, 65; Ann. I, 16. 31; II, 23 (pass.); — propellere Hist. IV, 29; — propulsare Jug. 51, 1;
pellicere v. licere;
pendere Cat. 12, 2; 20, 6;
pergere v. regere;
petere Jug. 94, 6; — Hist. III, 62; IV, 46; — appetere Agr. 5; — competere Hist. III, 73; — repetere Jug. 96, 2;

plectere —; amplecti Jug. 7, 6; — Ann. XII, 51. 65; XIII, 18; — complecti Hist. I, 36;
plere —; complere Ann. IV, 51; XIV, 18; XV, 38. 71 (pass.); — opplere Hist. II, 94; — supplere Ann. XIV, 16;
plicare —; implicare Jug. 59, 3; — Ann. XII, 4 (pass.);
ponere Jug. 45, 2; — componere Ann. II, 52; XII, 54; — praeponere Agr. 19;
populari —; depopulari Ann. XIII, 37;
portare Cat. 24, 2;
poscere Hist. I, 62; Ann. II, 28; XII, 35; — exposcere Hist. IV, 49; — postulare Cat. 31, 7; Jug. 84, 2;
posse v. esse;
postulare v. poscere;
praebere Cat. 14, 6; — Hist. III, 31 (pass., sent. sec.); Ann. I, 16;
praedari Jug. 55, 4;
precari Ann. XII, 65;
prehendere —; prensare Hist. II, 46; IV, 46; Ann. I, 21; II, 31; IV, 51; VI, 36;
premere Ann. XV, 18; — pressare Hist. I, 36;
prensare v. prehendere;
probare Jug. 83, 3; — Agr. 18;
prodesse v. esse;
properare Jug. 37, 4;
pugnare Cat. 60, 4; Jug. 57, 4; — expugnare Jug. 44, 5; — oppugnare Jug. 60, 1; — Ann. XV, 13;
putare Agr. 19;
quaerere Jug. 12, 5; 55, 8; 70, 1; — Hist. I, 51; II, 41; Ann. IV, 68; — exquirere Cat. 13, 3; — requirere Hist. I, 23;
quatere Ann. IV, 28; XII, 51 (? pass., sent. sec., v. infra pag. 38) — excutere Agr. 36;

queri —; conqueri Ann. XIII, 44;

rapere Cat. 11, 4; 12, 2; Jug. 41, 5; Hist. fr. lib. III: cap. 5, fr. 77, 15; — Hist. II, 12. 56; IV, 2; Ann. I, 70 (pass.); — abripere Hist. III, 17; — corripere Ann. XIII, 18; — raptare Ann. XII, 54;

recordari Hist. fr. lib. III: cap. 7, fr. 88; v. etiam discordare;

reddere v. dare;

regere Jug. 51, 1; — Hist. III, 73 (pass.); — arrigere Jug. 23, 1; — insurgere Ann. I, 2; — pergere Jug. 74, 1;

repere —; irrepere Ann. IV, 2;

requiescere Jug. 72, 2; v. etiam inquietare;

resipiscere v. sapere;

ridere —; irridere Hist. IV, 81;

rogare —; rogitare Cat. 31, 3;

ruere Agr. 34. 37; Hist. I, 35. 50; II, 18; IV, 49. 54; Ann. I, 7; III, 1; XIII, 14; XIV, 5; — eruere Hist. III, 33;

rumpere —; abrumpere Ann. IV, 60; — corrumpere Jug. 38, 4; 55, 8; — erumpere Jug. 99, 1; — perrumpere Hist. II, 42;

sacrare —; exsecrari Cat. 48, 1;

salire —; assultare Ann. XIII, 40; — desilire Hist. II, 35; — exsultare Jug. 98, 6; — persultare Hist. III, 49;

sapere —; resipiscere Hist. IV, 67;

sauciare Jug. 60, 1; 92, 9 (pass.); 94, 6;

scandere Hist. II, 35; Ann. XIV, 8; — descendere Hist. II, 63 (?); — escendere Jug. 97, 5;

scindere —; exscindere Ann. II, 64; III, 20;

scire Agr. 19; Hist. I, 35;

scribere Jug. 39, 2; 43, 3; 86, 2;

scrutari Jug. 12, 5; — Hist. III, 33; IV, 1;

spoliare Hist. II, 56; III, 17;

stare —; instare Cat. 60, 3; Jug. 36, 2; 50, 4; 51, 5; 84, 1; 94, 6; 98, 2; — Hist. I, 62; III, 17; V, 15; — praestare Agr. 37;

sternere Hist. III, 17; Ann. XV, 38 (pass.); — prosternere Ann. III, 46;

stimulare —; exstimulare Hist. I, 65;

stinguere —; exstinguere Ann. XVI, 13 (pass.);

strepere Jug. 98, 6; — Hist. I, 36; II, 84; Ann. I, 25. 28; II, 23; VI, 17; — adstrepere Ann. XII, 34; — obstrepere Cat. 31, 8; — Hist. I, 72; Ann. XI. 34;

stringere —; obstringere Ann. XII, 34 (pass.);

struere Hist. III, 49; Ann. XII, 3; XV, 37; — exstruere Hist. II, 94;

sumere —; consumere Cat. 12, 2;

superbire Ann. I, 19;

tacere —; reticere Cat. 23, 2;

tangere —; attingere Ann. IV, 54; — contingere Ann. VI, 19;

tardare Ann. VI, 32 (pass.);

tegere Cat. 6, 5; Jug. 60, 1; 97, 5; 101, 4; — detegere I, 81 (pass.);

temnere —; contemnere Jug. 15, 2;

temperare Ann. XIII, 3; XV, 16;

tendere Cat. 27, 2; 31, 3; — Hist. II, 46; IV, 16. 29. 34; Ann. I, 11; XII, 65; — attendere Jug. 88, 2; — contendere Ann. XII, 1; — intendere Jug. 105, 4; — Ann. II, 57; XIII, 14; — intentare Hist. II, 18; — ostendere Jug. 30, 3; 55, 8; 58, 3; 101, 6; — Hist. II, 19; Ann. VI, 34; XIII, 35; — ostentare Jug. 23, 1; 49, 4; — Agr. 20; Hist. I, 35; Ann. XII, 1. 44; — praetendere Ann. XIII, 43 (pass.); — praetentare Agr. 20; — protendere Ann. XIV, 8; — re-

urere Hist. II, 12;
urguere Hist. II, 30; Ann. XI, 31 (pass.); XV, 51;
uti Ann. XII, 14; XIII, 45; XV, 37;
vadere Jug. 94, 6; — Ann. XIII, 8; — evadere Jug. 50, 6; — invadere Jug. 41, 9; 98, 1;
vagari Jug. 98, 1;
valere —; valescere Ann. XIII, 46;
vastare Jug. 20, 8; 41, 9; 44, 5; — Hist. II, 12;
velle —; malle Jug. 79, 7; — Hist. III, 60; IV, 54; — nolle Hist. II, 30;
vendere Jug. 32, 3; 44, 5;
venire Ann. IV, 74; — antevenire Jug. 88, 2; 96, 3; — circumvenire Cat. 16, 3; Jug. 97, 5; — subvenire Jug. 51, 5; — ventitare Ann. IV, 68; XI, 12;
vergere Ann. I, 3;
vertere Hist. III, 6 (?); IV, 83; Ann. I, 64 (?); II, 64; VI, 43; — advertere Ann. II, 17 (?); — aversari Hist. IV, 84; — avertere Jug. 89, 1; — Ann. IV, 60 (pass.); — versare Cat. 60, 4; — Hist. I, 85;
vetare Hist. III, 73;
videre Jug. 87, 2; — invidere Germ. 33; Hist. IV, 84; — providere Cat. 60, 4; Jug. 100, 3;
vigilare Cat. 27, 2;
vitare Agr. 36; Ann. IV, 60. 69 (pass.); XIV, 3;
vocare Cat. 31, 8; — Agr. 38; Ann. II, 31; IV, 28; VI, 34; XIV, 14 (pass.); — invocare Ann. XIII, 14; — revocare Ann. XII, 12;
volare Jug, 60, 2;
volvere Jug. 57, 5; — advolvere Ann. XV, 71 (pass.); — provolvere Ann. IV, 51; — volutare Ann. IV, 12; XIII, 15;

Cap. III.

Sallustium infinitivos historicos saepius usurpasse quam Tacitum.

Locis igitur, quibus infinitivi historici apud scriptores nostros inveniuntur, accuratius examinatis, non modo Sallustium formam illam crebrius quam Tacitum adhibuisse intellegimus, sed etiam eundem in posteriore belli Jugurthini parte infinitivis historicis multo saepius quam vel in priore vel in coniuratione Catilinae usum esse facile cognoscimus. Cuius rei causa, cum ex argumenti natura minime repetenda sit, alio modo explicari nequit, nisi ut Sallustium, quo plura scripserit, eo magis hac forma narrandi delectatum esse existimemus. Ac profecto res ita se habet. Infinitivis enim historicis in rerum gestarum expositione frequentissime adhibitis, Sallustius forma ista ita assuevit, ut ea etiam uteretur locis, quibus ex reliquorum scriptorum numero illam usurpare nemo ausus esset. Qui loci sunt Jug. 95, 3 et 100, 4. Scribit enim illic:

> „Igitur Sulla gentis patriciae nobilis fuit familia iam prope extincta maiorum ignavia, litteris Graecis et Latinis iuxta atque doctissumi eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum sed gloriae cupidior, otio luxurioso esse: tamen ab negotiis numquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli; facundus callidus“ quae sequuntur.

Hoc loco esse infinitivum, quem, tali in morum hominis cuiusdam descriptione insolentissimum atque contra morem consuetudinemque positum, Cortius, trium codicum auctoritate nixus, funditus deleverat, Kritzius, verbo hic careri non posse ratus, rectissime restituit hac annotatione facta:

„Esse post luxurioso, quod in tribus codd. deest, Cortius pessime delevit; ex hoc enim verbo singula enuntiata, quibus Sullae ingenium describitur, pendent, ita ut oratio, per nomina progrediens, in verbo subsistat."

Quibus verbis Kritzius, quamquam dilucidissime demonstrat, verbum nullo modo deleri posse, tamen infinitivi historici formam non explicat; ea enim, quae scripsit, etiam scribenda fuissent, si loco infinitivi esse forma verbi finiti, sive erat sive fuit, exstitisset. Infinitivus historicus igitur hoc loco, ut iam commemoravi, eo ortus est, quod Sallustius in dies magis hac forma assueverat.

Simili libertate usus est Jug. 100, 4:

„Ipse armatus intentusque item milites cogebat. neque secus atque iter facere, castra munire, excubitum in portas cohortis ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere, praeterea . . ."

quem locum editores rectissime interpretati sunt.

Cap. IV.

Verba, quae in infinitivi historici forma leguntur, accuratius examinantur.

Jam vero ad verba, in quibus scriptores nostri infinitivo historico usi sunt, contemplanda transeamus; ac primum quidem considerabimus ea, quae apud alterum saepius leguntur quam apud alterum, tum ea, quae apud utrumque aequaliter reperiuntur, deinde ea, quae aut apud Sallustium aut apud Tacitum solum inveniuntur, denique ea, quae exstant etiam genere passivo.

Qua in consideratione, ne longus sim, et ea verba, quae rarissime leguntur, omittam nec reliquorum, plerum-

que tantummodo simplicibus enumeratis, composita derivataque nominabo praeter ea, quae maioris sint momenti.

a) Quibus verbis alter saepius usus sit quam alter.

Inveniuntur igitur verba:
esse apud Sallustium decies, apud Tacitum semel, adesse apud Sall. quinquies, apud Tac. bis, facere simplex apud Sall. terdecies, apud Tac. quater, cuius et composita (excepto verbo sufficere) et derivata apud Sall. leguntur, ferre simplex modo apud Sall., — Tacitus tantum compositis utitur —, habere apud Sall. quinquies decies neque unquam in forma passiva, apud Tac. quinquies, bis in activo, ter in passivo genere, parare apud Sall. decies, apud Tac. bis, pati apud Sall. octies, apud Tac. ter, gradi simplex neque apud Sall. neque apud Tacitum, composita apud hunc septies, apud illum ter, iacere simplex apud Tac. septies, apud Sall. bis, cuius composita a Tacito, derivata a Sallustio adhibentur, laudare apud Tac. octies, apud Sall. bis, pellere simplex apud utrumque aequaliter, cuius compositis Tacitus solus, derivatis ambo utuntur, strepere apud Tac. octies, apud Sall. bis, trahere apud Tac. quaterdecies, apud Sall. quinquies, vocare apud Tac. septies, apud Sall. semel. Simplex verbi mittere forma modo apud Sall. reperitur, remittere compositum apud utrumque, cetera composita tantum apud Tac., derivatum missitare tantummodo apud Sall.; poscere verbi composita leguntur apud Tac., postulare derivatum bis apud Sall., volvere simplex apud Sall. semel, composita apud Tacitum quater.

Qua ex comparatione luce clarius apparet, Sallustium derivata, Tacitum composita maiore studio amplexum esse.

b) Quae verba apud utrumque scriptorem pariter reperiantur.

Jam vero venimus ad ea verba, quae a Sallustio toties adhibentur, quoties a Tacito. Haec verba sunt: agere, caedere, capere, cedere, ciere, currere, dare, hortari, ire (aliquanto saepius apud Tacitum quam apud Sallustium), laetari, loqui, monere, niti, orare, petere, quaerere, rapere, regere, rumpere, sequi, sistere, spicere (spectare), stare, tendere (tentare), tenere, terrere, tollere, turbare, venire, vertere (versare).

c) Quae verba ab alterutro adhibita sint solo.

Similem amorem ac verborum compositorum — atque ita ad tertiam huius enumerationis partem, ad ea verba, quibus alter utitur solus, pervenimus — in Tacito cognoscimus verborum inchoativorum; adscivit enim inardescere, clarescere, crudescere, gliscere, gravescere, resipiscere, valescere, adhaerescere, languescere, torpescere (praeter torpere Hist. II, 29), pavescere, ex quibus nullum, ne in aliis quidem formis, nisi novissimum apud Sallustium legitur; requiescere verbo autem, quod forma tantum, non sensu inchoativum habendum est, Sallustius semel, Tacitus non utitur. Praeterea inveniuntur apud Tacitum solum infinitivi historici verborum fremere, nectere, noscere (!), plere, poscere (!), prensare, quatere, ruere, serere, struere, urguere, uti, vitare; apud Sallustium credere, posse, polliceri.

d) Quorum verborum infinitivi historici etiam exstent generis passivi.

Infinitivos historicos plerumque adhibitos esse in genere activo, multo rarius passivo, rectissime iamiam admonuit Gustavus Mohr in diss. „de inf. hist.“ pag. 12.

Inveniuntur vero — verba deponentia huc non referenda esse apparet — infinitivi historici passivi verborum agere, agitare, exagitare, fatigare, augere, occidere, capere, facere (ter), ferre, sauciare, trahere, obtruncare apud Sallustium, aequare, agere, circumagere, fatigare, exanimare, audire, occidere, capere, accipere, celebrare, concitare, accingere, colere (bis), exuere, adducere, firmare, flectere, frangere, effundere, habere (ter), ambire, laudare, lenire, polluere, mutare, innectere, noscere, impellere, complere, implicare, exponere, quatere, rapere, regere, deserere, dispergere, aspicere, sternere, exstinguere, obstringere, tardare, detegere, praetendere, terrere, attollere, trahere (bis), distrahere, urguere, avertere, vitare, vocare, advolvere apud Tacitum.

Hos infinitivos passivos haud ita raro mediali sensu usurpatos esse, cum iam Gust. Mohr in diss. „de inf. hist.“ pag. 13 monuerit, hoc loco omitto. Pariter ne eorum quidem locorum, ubi singuli inveniuntur infinitivi historici, exempla afferam, cum idem Mohr l. l. pag. sequ. rectissime docuerit, illam Draegeri sententiam, quam protulit synt. hist. I, 303 init.: „singulos infinitivos historicos raro adhiberi,“ falsam esse.

Cap. V.

De positione infinitivorum historicorum.

Quibus potissimum igitur enuntiati locis infinitivi historici poni soleant, hodie pro certo diiudicari omnino non iam potest, cum isti in eis libris, qui adhuc exstant, adversus naturam verbi finiti, quod plerumque in enuntiato exeunti invenitur, nullo sensus discrimine tam saepe in initio medioque quam in fine enuntiati legantur. Neque ita

multo aliter res se habere mihi quidem videtur, cum quaeritur, utrum vocibus singulis seu antecedentibus seu sequentibus scriptor ad infinitivum historicum adhibendum perductus sit annon. Nam eaedem voces, quae alibi infinitivus sequitur historicus, alibi cum verbo finito inveniuntur. At nihilominus supervacaneum non esse arbitror, hoc loco vocabula, quae saepius quam alia cum infinitivis historicis coniuncta leguntur, enumerare. Ac primum quidem hic respicienda sunt ea, quae prima enuntiatorum insequentem sententiam annectunt proximae antecedenti. Quae vocabula sunt et adverbia et coniunctiones, quibus facta quaedam aliis eodem tenore narratis adiunguntur. Adverbiorum igitur istorum inveniuntur haec inveniunturque non modo eis locis, quos adscripsi, sed etiam aliis:

ceterum Hist. III, 50. 58; Ann. XII, 14;

contra Hist. III, 84; Ann. VI, 33; XIII, 44; — Hist. I, 71: contra spem omnium; ibid. IV, 16: mox contra; — Jug. 57, 5; contra ea; — at contra (quod cum verbo finito coniunctum legitur Jug. 15, 3) Cat. 12, 5; Jug. 36, 2; — Ann. IV, 28; — ex diverso Hist. III, 73;

eo Hist. I, 72 (eo infensior); Ann. XV, 13 (eoque intentius); — ibid. IV, 74 (eo venire patres); v. etiam is;

iam Ann. IV, 62. 68 (ac iam ultro); — ibid. XII, 68 (iam primum);

iamque (quod cum verbo finito coniunctum legitur Ann. VI, 44) Hist. II, 19; Ann. VI, 35; XI, 16;

inde Ann. XIV, 15; — unde (= et inde) Germ. 7; Hist. III, 6 (?);

interea Cat. 27, 2; 28, 4; 48, 1; 60, 4; Jug. 46, 1; 86, 2; — Ann. II, 17 (?); IV, 51;

interim Jug. 39, 2; 66, 1; 87, 2; — Hist. I, 71; Ann. II, 29; III, 1. 42; VI, 34; XI, 37; XV, 51. 71. (Interea igitur Sallustius, interim Tacitus maiore studio amplexus esse videtur.)

ita Cat. 38, 1; 65, 6; Jug. 41, 9; 64, 5; 67, 2; cum verbo finito autem coniunctum est Cat. 28, 3.

mox Hist. II, 6; IV, 1 (ac mox); IV, 16 (mox contra); Ann. II, 64; XIV, 14 (mox ultro);

praeterea Jug. 23, 1; 45, 2; 73, 5; huc statim ad hoc, ubi idem valet quod praeterea, addere libet: Cat. 31, 3; Jug. 49, 4; 67, 1; 96, 2; — Ann. XII, 34;

simul (quod Jug. 20, 1; Ann. I, 21 saepius cum verbo finito coniunctum est) Cat. 27, 2; Jug. 51, 4; 91, 1; 92, 2 (simul et); 99, 1; 100, 3; 101, 6. 7 (simulque); — Hist. III, 25; Ann. IV, 49; VI, 34; XIII, 14; XV, 12. 27;

tum Cat. 21, 2; — Hist. I, 46. 50. 51; II, 19. 80; Ann. I, 28 et IV, 49 (tum paulatim); XIII, 13; — tum vero Jug. 84, 1; 94, 3; — Hist. I, 35; cum verbo finito Jug. 106, 6.

Coniunctionum autem, quas infinitivi historici sequuntur, inveniuntur hae:

a) adversativae:

sed — (saepissime antecedenti negatione) —: Cat. 24, 2; 56, 4; Jug. 6, 1; 89, 1; 98, 1; 100, 1; — Hist. I, 89; II, 18. 52. 93; III, 18; Ann. I, 19; II, 55. 57; III, 46; IV, 25. 55; XI, 28; XII, 35; XIII, 13. 15. 18. 44. 46; XV, 71; XVI, 19;

at Jug. 30, 3; 33, 3; 38, 1; 84, 1; — Ann. I, 7. 11. 46; II, 5; XII, 2. 15; XIII, 18. 37; — at contra — quod Jug. 15, 3 cum verbo finito invenitur — Cat. 12, 5; Jug. 36, 2; — Ann. IV, 28;

ac tamen Ann. XII, 12; — et tamen Jug. 39, 2;

enimvero Ann. II, 64;

b) conclusivae:

igitur Cat. 6, 4; 17, 1; Jug. 7, 6; 43, 3; 105, 4; — Hist. I, 65. 85; II, 29. 84; IV, 42. 70; Ann. I, 28. 31; IV, 12. 68; XII, 4. 44. 54; XIV, 3;

itaque Jug. 11, 8; 88, 3; — ergo Ann. XV, 46 (?);

c) causalis:

nam Cat. 14, 6; 20, 7; — Hist. IV, 54; Ann. IV, 12. 60; XII, 3.

Saepissime igitur infinitivi historici reperiuntur post adverbia coniunctionesque, quae sententiam insequentem antecedenti non tam adiungunt quam opponunt.

At praeter hos locos permulti inveniuntur alii, in quibus sententiae infinitivis historicis elatae copulatione, qua cum antecedentibus coniungantur, plane carent, id quod maxime fit in illis argumentationibus, de quibus paulo infra, cap. VII, pluribus dicam. Sunt autem loci isti:

Cat. 12, 2; 13, 3; 16, 2; 23, 2; 25, 5; 31, 2; 60, 3; — Jug. 51, 5; 74, 1; 82, 2; 101, 11; — Hist. I, 45. 62; II, 12. 23. 56; III, 17. 36; IV, 34; — Ann I, 4; II, 59; IV, 70; XI, 16. 31; XII; 1; XIII, 19 alii.

Jam vero venimus ad eas voces, quas et ipsas itidem primas sive inter primas enuntiatorum[1], quamquam neque adverbia neque coniunctiones sunt, tamen saepius infinitivi sequuntur historici. Haec sunt pronomina hic, is (qui), ille, ipse, quidam, quisque et adiectivum ceteri, qua in re nihil interest, utrum usurpata sint in casu recto an in casibus obliquis.

Legitur autem, ut exemplis utar nonnullis,

hic Cat. 10, 6; — Ann. XIV, 8. 16;

is Cat. 39, 2; 51, 29; Jug. 25, 5; — Hist. IV, 2; Ann. I, 16 (bis: eo principio; is); I, 40 (? eo in metu); II, 52; V, 4; XII, 2; XIV, 15; v. etiam eo et inde paulo ante; — qui (= et is) Hist. I, 81 saepius (cf. cap. VI);

ille Jug. 83, 3; 107, 3; 113, 2; — Hist. I, 68; IV, 11; Ann. I, 21. 25. 65; II, 5; IV, 54; VI, 21; XI, 12; XII, 51;

ipse Jug. 50, 2; 86, 2; — Hist. II, 82. 94; III, 55; Ann. II, 39; III, 45; XIII, 35; XV, 37;

quidam Hist. III, 33; IV, 34;

quisque Hist. I, 46 (tum locupletissimus quisque); II, 19 (tum vetustissimus quisque); Ann. XII, 42; — at cum verbo finito coniunctum est Hist. II, 52. 94;

ceteri Jug. 101, 4; — Hist. II, 78. 80; Ann. IV, 62; v. etiam ceterum paulo ante.

Praeterea interdum medio in enuntiato verba quaedam inveniuntur, quae et ipsa validissima fuisse videntur in constructione infinitivorum historicorum eligenda. Ea sunt adverbia paulatim Jug. 50, 2; — Hist. I, 89; III, 58; IV, 67. 80; Ann. I, 2. 16. 28; IV, 2. 49; — ne — quidem Hist. IV, 70; Ann. XV, 11. 16; — vix Ann. II, 43; — quin et Ann. XIV, 15, quae alibi verbum finitum sequitur.

Ex eis igitur locis, quos modo composui, hoc unum videtur apparere, Sallustium Tacitumque infinitivos historicos in verbis totius enuntiati primis adsciscere, si pronomina is, hic, ipse antecedunt sola, alias autem notiones quin etiam totas sententias interponere inter pronomina et infinitivos historicos, si substantivum quoddam additum sive ille pronomen adhibitum est.

Haut ita raro igitur inveniuntur etiam loci, quibus complura istorum vocabulorum inter se coniuncta sunt, ut Cat. 27, 2: interea simul; Jug. 39, 2: et tamen interim; ibid. 84, 1: at — tum vero; ibid. 86, 2: ipse interea; — Hist. I, 46 et II, 19: tum — quisque; Ann. II, 5: at ille; ibid. I, 28 et IV 49: tum paulatim; ibid. XV, 71: sed interim permulta alia, quae hic enumerare omnia longissimum est.

Transeamus iam ad ea verba, quae infinitivos historicos eiusdem enuntiati inter se coniungunt. Sunt vero ista et nomina sive substantiva sola atque adiectiva sola pronominaque sive altera alteris immixta et adverbia et paucis videlicet locis illa cum his coniuncta. Inveniuntur igitur prae-

ter alios locos pars — pars Jug. 39, 2; alii — alii — pars Jug. 38, 5; 69, 2; pars — alii Jug. 51, 1; hi — hi — alii — quidam — omnis — ingens multitudo Ann. XIV, 8; alius — quidam — plerique Ann. IV, 60; nunc — nunc — quidam — miles contra Ann. IV, 51; partim — alia Jug. 89, 1; modo — modo Jug. 84, 1; 113, 2; modo — interdum — saepe — post paulo Jug. 74, 1; modo — modo — saepe Jug. 45, 2; deinde — deinde — paulo post Jug. 36, 2; primo — dein — postremo Ann. II, 52.

Interdum vero una ex his notionibus cum verbo finito coniuncta est, quamvis reliquas infinitivi sequantur historici: primo (cum inf. hist.) — interdum (cum inf. hist.) — post (cum verbo fin.) Cat. 10, 6; dein (cum inf. hist.) — postremo (cum verbo fin.) Ann. III, 20; primum vel primo (cum verbo fin.) — mox (cum inf. hist.) Ann. I, 70; II, 64; IV, 48; primo (cum inf. hist.) — dein (cum inf. hist.) — postremo (cum verbo fin.) Ann. VI, 21; primum (cum inf. hist.) — mox (cum inf. hist.) — simul (cum verbo fin.) Ann. IV, 68; primo (cum verbo fin.) — post (cum inf. hist., interposito enuntiato secundario: „ubi paulatim licentia crevit") Cat. 51, 29, ac similiter: primo (cum inf. hist.) — post (cum verbo fin., interposito identidem enuntiato secundario: „ubi fide publica dicere iussus est") Cat. 47, 1; primo (cum inf. hist.) — deinde (cum verbo fin.) — denique (cum verbo fin.) Jug. 60, 7. Huc etiam referendum existimo: fuere qui — alii (cum inf. hist.) — pars (cum verbo fin.) Jug. 32, 3, et: alii (cum inf. hist.) — quidam (cum inf. hist.) — ac fuere qui .... Ann. XIV, 23.

Interdum etiam et primo vel primum solum, nec deinde vel dein nec tum nec denique sive postremo sequentibus, et postremo solum, nec primum nec deinde

nec tum antecedentibus, cum infinitivis historicis coniuncta leguntur. Illud fit, ut exemplo utar, Ann. XII, 47:

„Ac primo Radamistus in amplexus eius effusus simulare obsequium, socerum ac parentem appellare; adicit ius iurandum, non ferro, non veneno vim adlaturum. simul in lucum propinquum trahit, provisum illic sacrificii paratum dictitans, ut . . .“

hoc Jug. 33, 3:

„At C. Memmius . . . . . dignitati quam irae magis consulens sedare motus et animos eorum mollire, postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore.“

Haud minus saepe postremo adverbium solum, infinitivis historicis antecedentibus, verbum finitum sequitur, ita ut hoc non res, quae infinitivis historicis narrantur, sed modo sententiam eis praemissam conficiat atque absolvat modo facta ipsa omnia comprehensione complectatur una germaniceque reddendum sit per: „kurz“ sive „mit einem Worte“, sicuti Cat. 27, 1 ss.:

„Igitur C. Manlium Faesulas atque in eam partem Etruriae, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimisit; praeterea alium alio, quem ubique opportunum sibi fore credebat. interea Romae multa simul moliri, consulibus insidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obsidere, ipse cum telo esse, item alios iubere, hortari uti semper intenti paratique essent, dies noctisque festinare vigilare, neque insomniis neque labore fatigari. postremo ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte coniurationis principes convocat per M. Porcium Laecam, ibique . . . . docet . . .“

et Ann. XI, 12:

„Illa (Junia Silana) non furtim, sed multo comitatu ventitare domum, egressibus adhaerescere, largiri opes,

honores, postremo, velut translata iam fortuna, servi liberti paratus principis apud adulterum visebantur."

Huc etiam statim addatur, non tam apud Sallustium quam apud Tacitum non paucos inveniri locos, quibus adverbio primum sive primo nomina adscripta sunt, alia autem adverbia ad illud spectantia infinitivi sequuntur historici, ut Ann. VI, 17:

„Ita primo concursatio et preces, dein strepere praetoris tribunal, eaque quae remedio quaesita, venditio et emptio, in contrarium mutari, quia faeneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant."

Jam venimus ad infinitivos historicos in apodosi positos. Eiusmodi infinitivi, qui ab utroque haud ita raro usurpati sunt, leguntur post protases, quae incipiunt a coniunctionibus:

postquam Cat. 11, 4; 20, 7; Jug. 12, 5; 13, 5; 30, 1; 66, 1; 79, 7; 84; 1; — Ann. I, 4; XII, 15. 35; XIII, 3; XV, 37 saepius;

ubi Cat. 31, 7; 40, 4; 51, 30; Jug. 60, 1; — Hist. II, 28; III, 18; Ann. I, 2; IV, 12 (ubi coniunctio enuntiato infinitivos historicos continenti inserta est); XII, 3; XIII, 44 saepius;

ut Ann. IV, 2; VI, 26;

quamquam Jug. 37, 4.

Praeterea huc referendum est Cat. 31, 7, ubi enuntiato infinitivos historicos continenti inserta sunt: „ut erat paratus ad dissimulanda omnia."

Porro huc addendi sunt paucissimi loci apud Tacitum, quibus enuntiata secundaria, quae antecedunt, explicata sunt participiis praesentis. Ex his trium verba prima sunt: haec atque talia; Ann. I, 5: „haec atque talia agitantibus;" ibid. XII, 34: „h. a. t. dicenti;" ibid. XII,

65: „h. a. t. dictitans." — Ann. IV, 60 vero verba: „haec atque talia audienti" verbum sequitur finitum; hic enim participium non verbum insequitur, sicut reliquis locis laudatis gravescere adstrepere amplecti, sed aliae voces inter illud et hoc interpositae sunt.

Ceterum hoc loco cap. VII huius dissertationis quaeso compara.

Cap. VI.

De infinitivo historico in enuntiatis secundariis collocato.

Multo rarius quam in enuntiatis primariis et Sallustius et Tacitus infinitivos historicos adsciverunt in sententiis secundariis post particulas temporis cum; ubi, postquam, ut; donec et in sententiis relativis. At in his pronomen non genuinum esse relativum, sed suppositum pro pronomine demonstrativo apparet Jug. 59, 3:

> „Neque diutius Numidae resistere quivissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congressu facerent. quibus illi freti non, uti equestri proelio solet, sequi, dein cedere, sed advorsis equis concurrere, inplicare ac perturbare aciem: ita expeditis peditibus suis hostis paene victos dare;"

Hist. I, 52:

> „Sed profusa cupidine et insigni temeritate legati legionum Alienus Caecina et Fabius Valens; e quibus Valens infensus Galbae, tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset, instigare Vitellium, ardorem militum ostentans: ipsum celebri ubique fama, nullam in Flacco Hordeonio moram; adfore Britanniam . .;"

ibid. I, 81; III, 63; IV, 84.

Neque huc referre dubito Jug. 70, 5:

„Bomilcar .. litteras ad eum per homines fidelis mittit, in quis mollitiam socordiamque viri accusare, testari deos, per quos iuravisset, monere ne ... convorteret;"

et Hist. IV, 80:

„... alios ut inbelles, Caecinam ut captivum ac dediticium increpat. unde (= qua ex re sive et ex ea re) paulatim levior viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitia;"

et Germ. 7: unde (= et inde) feminarum ululatus audiri; et Hist. III, 6: unde ... vertere (?); et Ann. VI, 19:

„sed .. custodes .. corpora .. adsectabantur, dum in Tiberim traherentur, ubi fluitantia aut ripis adpulsa non cremare quisquam, non contingere (= neque ibi seu neque illis locis fluitantia ... contingere).

At Ann. IV, 62, ubi pronomen genuinum est relativum, noscebant a Tacito adscitum est adversus amorem formarum exeuntium in —scere sive verborum inchoativorum in infinitivo historico adhibendorum, de quo cap. IV, c. dixi.

Haud ita multo aliter res se habet Jug. 98, 2; Hist. III, 31; Ann. II, 40; VI, 44; XI, 34, ubi in protasi iam cum indicativo imperfecti invenitur; Ann. II, 31, ubi interim cum indicativo imperfecti in protasi legitur; ibid. XIV, 5, ubi in protasi nec multum reperitur cum indicativo plusquamperfecti passivi (erat progressa); ibid. IV, 50, ubi in protasi indicativus imperfecti solus a Tacito usurpatus est. Omnibus enim hisce locis particula cum, ex qua apodosis initium facit, per: et tum sive tum demum resolvi potest, ita ut enuntiata non sint secundaria, sed primaria.

Mirum vero atque inexplicabilem in modum a Tacito solo compositi sunt ei loci, quibus ex una eademque temporis particula et infinitivus historicus pendet et verbum finitum, id quod ter accidit post ubi:

Hist. III, 10: „Ubi crudescere seditio et a conviciis ac probris ad tela et manus transibant, inici catenas Flaviano iubet;"

Ann. XI, 37: „Quod ubi auditum et languescere ira, redire amor ac, . . ., propinqua nox et uxorii cubiculi memoria timebantur, prorumpit Narcissus;"

ibid. II, 4: „Sed ubi minitari Artabanus et parum subsidii in Armeniis, vel, si nostra vi defenderetur, bellum adversus Parthos sumendum erat, rector Suriae Creticus Silanus excitum custodia circumdat, manente luxu et regio nomine."

Huc addendus esset etiam quartus locus Ann. XII, 51, si Halmio obloquente, qui legit: „post festinatione continua, ubi quatitur uterus et viscera vibrantur . . .," cum Doederleinio aliisque legenda essent: „. . . ubi quati uterus et viscera vibrantur . . ."

Singulis locis iste narrandi modus invenitur post coniunctiones postquam, ut, donec:

Ann. III, 26: „At postquam exui aequalitas et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, provenere dominationes . . .;"

Hist. III, 31: „. . . mox, ut praeberi ora contumeliis, et posita omni ferocia cuncta victi patiebantur, subit recordatio . . . .;"

Ann. XIII, 57: „Neque extingui poterant (scil. ignes), non si imbres caderent, non fluvialibus aquis aut quo alio humore, donec inopia remediorum et ira cladis agrestes quidam eminus saxa iacere, dein resistentibus flammis propius suggressi ictu fustium aliisque verberibus ut feras absterrebant."

Quamquam igitur primo atque altero horum locorum (Hist. III, 10 et Ann. XI, 37) credi potest, Tacitum studio verborum inchoativorum in infinitivi historici forma adhi-



bendorum, de quo iam supra (cap. IV, c.) dixi, eo adductum esse, ut crudescere et languescere infinitivos poneret pro crudescebat — languescebant, tamen aliorum infinitivorum origo nullo modo explicari iam potest.

Cap. VII.

Disputatur de locis, quibus propter formam verbi incertam dubitari potest, utrum sit infinitivus praesentis an pluralis perfecti.

In verborum enumeratione, quam supra feci, tales omisi formas, quales infinitivos historicos iudicare possis, ut apud Sallustium: constituere Cat. 28, 1; ascendere Jug. 25, 5; apud Tacitum: instituere Germ. 32; fovere Hist. II, 30; vertere Hist. III, 6; Ann. I, 64 (?); ascendere Agr. 28; intercidere Hist. III, 23; descendere Hist. III, 63; legere Hist. II, 16; III, 22; movere Hist. I, 80; advertere Hist. III, 25; Ann. I, 41; II, 17 (?). 32; concurrere Hist. III, 82; ostendere Ann. XII, 38; accidere Ann. I, 49; incurrere Ann. I, 51; sublegere Ann. XI, 25; revertere Hist. II, 15; Ann. II, 24; procidere Ann. XV, 40; convertere Ann. III, 55; perfugere Hist. I, 68; effugere Ann. IV, 62; XII, 39; exuere Ann. IV, 72; induere Ann. VI, 42; abnuere Ann. XII, 31; XV, 56; statuere Ann. XV, 53 multas alias, quas enumerare longum est, omisique eas ideo, quod mea quidem opinione propter contextum rerum verborumque putandae sunt non tam infinitivi historici quam perfecta.

Ac profecto rem ita se habere luce clarius est omnibus locis, quibus scriptor rem aliquam simpliciter refert, ut Germ. 32:

„Tencteri super solitum bellorum decus equestris disciplinae arte praecellunt; nec maior apud Chattos pe-

ditum laus quam Tencteris equitum. sic instituere maiores: posteri imitantur. hi lusus infantium, haec iuvenum aemulatio; perseverant senes."

Hic instituere formam infinitivum esse historicum nullo modo cogitari posse, neminem fugiet.

Simili modo, quid de facto quodam et de effectu rei compererit intellexeritque, narratur a Tacito Ann. IV, 62:

„Et illi quidem, quos principium stragis in mortem adflixerat, ut tali sorte, cruciatum effugere: miserandi magis quos abrupta parte corporis nondum vita deseruerat; qui per diem visu, per noctem ululatibus et gemitu coniuges aut liberos noscebant;"

et ibid. IV, 72:

„Eodem anno Frisii, transrhenanus populus, pacem exuere, nostra magis avaritia quam obsequii inpatientes. tributum iis Drusus iusserat modicum;"

et. Hist. III, 23:

„.. ballista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat. lateque cladem intulisset, ni duo milites praeclarum facinus ausi, arreptis e strage scutis ignorati, vincla ac libramenta tormento abscidissent. statim confossi sunt eoque intercidere nomina: de facto haud ambigitur."

Etiam his igitur locis et aliis eadem ratione conscriptis effugêre, exuêre, intercidêre legendum esse, haud facile quisquam negabit.

At praeter huiusmodi locos etiam complures inveniuntur, quibus propter inopiam omnium eiusdem temporis de hac re animadversionum hodie non iam certo diiudicari potest, utrum formae, quae istic scriptae sunt, finitae sint an infinitivi historici, sicuti Ann. I, 51:

„Sed hostes, donec agmen per saltus porrigeretur, immoti, dein latera et frontem modice adsultantes, tota vi novissimos incurrere. turbabanturque densis Ger-

manorum catervis leves cohortes, cum Caesar advectus ad vicensimanos voce magna hoc illud tempus obliterandae seditionis clamitabat: pergerent . ."

et Hist. III, 6 (cf. cap. VI: unde = et inde):

„Idem secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus; unde infami gratia primum pilum adepto laeta ad praesens male parta mox in perniciem vertere. sed Primus ac Varus occupata Aquileia proxima quaeque * * et Opitergii et Altini laetis animis accipiuntur."

Hisce aliisque locis arbitrio eius, qui legit, ad tempus permittendum est, utrum formas istas incurrere, vertere et quae aliae alibi inveniuntur existimet finitas an infinitivos historicos.

Hic quispiam contendat, futurum fuisse, ut a rerum scriptore, si ipsas formas intellegi voluisset finitas, eaedem plenae, exeuntes in —erunt, scriberentur. Cui haec obiiciantur. Cum Sallustii tum Taciti temporibus — id quod ex Sall. hist. fragm. lib. IV: cap. 1, fr. 20 demonstrabo, ubi in epistola Mithridatis regis ad Arsacem regem nullae fere aliae exstant formae nisi quae terminantur in —êre — in quotidiano sermone formae tertiae personae pluralis indicativi perfecti activi correptae usitatiores erant quam plenae, qua de causa rerum scriptores quoque illis ita assueverant, ut eis per scripta sua frequentissime uterentur. Quas non modo, dum pronuntiantur, audientes formas finitas sono seu accentu facillime cognoscebant, sed etiam legentes, utrum infinitivi historici an formae finitae intellegendae essent, optime sciebant; quam ob rem scriptor etiam vulgares id est correptas formas adhibere solebat, etiamsi a legentibus infinitivi historici haberi poterant. Quae res dilucide apparet iam ex locis, quibus res narrantur iamdudum gestae, sicuti, ut exemplis utar, Ann. XII, 38:

„Vocati postbac patres multa et magnifica super captivitate Caractaci disseruere, neque minus id clarum quam quod Syphacem P. Scipio, Persen L. Paulus, et si qui alii vinctos reges populo Romano ostendere. censentur Ostorio triumphi insignia,....;“

et Ann. XI, 25:

„Isdem diebus in numerum patriciorum adscivit Caesar vetustissimum quemque e senatu aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum et L. Brutus minorum gentium appellaverant, exhaustis etiam quas dictator Caesar lege Cassia et princeps Augustus lege Saenia sublegere; laetaque haec in rem publicam munia multo gaudio censoris inibantur.“

Etiam his locis atque aliis similibusque, quibus adverbio quodam temporis adiecto — ut Ann. I, 49:

„Diversa omnium, quae unquam accidere, civilium armorum facies;“

— actio ipsa declaratur iamdudum praeterita atque cum eis rebus, quae inde effectae sunt, confecta prorsusque absoluta, formas ostendere, sublegere, accidere historicos esse infinitivos nullo modo contendi potest.

Si autem his locis tales formas finitas, quae pro infinitivis haberi possunt, scriptor adhibuit, non intellegitur, qua de causa easdem formas alibi defugerit. Quam ob rem eas quoque formas, quae supra allatae sunt, finitas esse mihi quidem persuasum est. Ne statuere quidem verbum, quod legitur Ann. XV, 53:

„Tandem statuere circensium ludorum die, qui Cereri celebratur, exsequi destinata, quia Caesar rarus egressu domoque aut hortis clausus ad ludicra circi ventitabat promptioresque aditus erant laetitia spectaculi;“

infinitivum historicum existimare potes, cum Tacitus, uno, ni fallor, loco — Ann. XIII, 44 — excepto, ad infinitivum historicum nunquam alterum infinitivum addat ab isto pendentem. Qua in consuetudine ita sibi constat, ut statim formas adsciscat finitas pro infinitivis historicis non modo si re vera coniuncti sunt cum aliquo infinitivo, sicuti Ann. I, 28:

„Igitur aeris sono, tubarum cornuumque concentu strepere; prout splendidior obscuriorve, laetari aut maerere; et postquam ortae nubes offecere visui creditumque conditam tenebris, ..., sibi aeternum laborem portendi, sua facinora aversari deos lamentantur;“

ibid. V, 4:

„Is fatali quodam motu (neque enim ante specimen constantiae dederat) seu prava sollertia, dum imminentium oblitus incerta pavet, inserere se dubitantibus ac monere consules ne relationem inciperent; disserebatque brevibus momentis summa verti; posse quandoque domus Germanici exitium paenitentiae esse seni;“

ibid. XV, 51 (accendere — urguere — labefacere et inligare conisa est) alibi, sed etiam sine ulla fere exceptione omnibus quoque eis locis, ubi alter infinitivus ab isto pendens omissus est, ut Ann. I, 4:

„Postquam provecta iam senectus aegro et corpore fatigabatur aderatque finis et spes novae, pauci bona libertatis in cassum disserere, plures bellum pavescere, alii cupere. pars multo maxima imminentis dominos variis rumoribus differebant: trucem Agrippam et ignominia accensum non aetate neque rerum experientia tantae moli parem (scil. esse). . . .“

Apud Sallustium res aliter se habet; is enim infinitivo historico alium addit ex illo pendentem Cat. 25, 5:

„Verum ingenium eius haud absurdum: posse versus facere, iocum movere, sermone uti . . .“

ibid. 51, 29:

„Ea populus laetari et merito dicere fieri“;

Jug. 33, 3:

„At C. Memmius . . dignitati quam irae magis consulens sedare motus et animos eorum mollire, postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore;“

ibid. 46, 6:

„ . . . illa deditionis signa ostentui (scil esse) credere et insidiis locum temptari;“

ibid. 55, 3:

„Igitur eo intentior ad victoriam niti, omnibus modis festinare, cavere tamen necubi hosti opportunus fieret, meminisse post gloriam invidiam sequi;“

ibid. 57, 4:

„Romani pro ingenio quisque pars eminus glande aut lapidibus pugnare, alii succedere ac murum modo subfodere modo scalis aggredi, cupere proelium in manibus facere:“

ibid. 60, 5; 67, 2; 79, 7:

„Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se esse vident et ob rem conruptam domi poenas metuunt, criminari Carthaginienses ante tempus domo digressos (scil. esse) conturbare rem, denique omnia malle quam victi abire,“

84, 1. 2; 87, 2; 91, 4; 92, 2; 101, 11; 106, 6 ubi iterum apud circumventos verbum esse omissum est.

Infinitivos igitur, qui leguntur Cat. 16, 2: habere; 25, 2: psallere saltare; 40, 3: queri accusare, exspectare; — Ann. VI, 32: moliri, habere, nonnullis aliis locis, non esse historicos facillime apparet.

In hoc igitur enuntiato, Cat. 16, 2. 3:

„Ex illis testis signatoresque falsos commodare; fidem fortunas pericula vilia habere, post ubi eorum famam atque pudorem adtriverat, maiora alia imperabat; si causa peccandi in praesens minus subpetebat, nihilo minus insontis sicuti sontis circumvenire, iugulare;“

habere infinitivus pendet ex imperabat, quam formam finitam Sallustius inter infinitivos historicos posuit, quo clarius demonstraret, habere infinitivum minime esse historicum.

Simili modo Jug. 92, 2: trahebantur — ferre — timere — credere consulto conscripta sunt; si enim pro forma finita trahebantur trahi infinitivus positus esset, hoc verbum etiam una cum haberi illo a coepit pendere putares.

Psallere et saltare infinitivos in illo Cat. 25, 2:

„Haec mulier genere atque forma, praeterea viro, liberis satis fortunata fuit; litteris Graecis et Latinis docta, psallere saltare elegantius, quam neccesse est probae, multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt;“

ex verbo docta pendere iam Kritzius rectissime intellexit, cum in annotatione ad hoc verbum facta scribit:

„ita variatur huius verbi constructio, ut primo cum ablativo societur, deinde accusativos ex se pendentes habeat; nam infinitivi psallere, saltare et ipsi accusativi sunt. — Ceterum constructio huius loci ita comparata est, ut primum ablativi, tum infinitivi, denique accusativi pariter pendeant a verbo docta.“

Infinitivi denique, qui leguntur Ann. VI, 32:

„Ornat Phraaten accingitque paternum ad fastigium, destinata retinens, consiliis et astu res externas moliri, arma procul habere;“

appositionis loco ad verbum destinata additi sunt.

Cap. VIII.

De infinitivis historicis explicativum in modum adhibitis.

Quamquam igitur illa veterum sententia, a Sallustio Tacitoque formas finitas cum infinitivis historicis libidinosissime commutari, falsissima cognita est, tamen ne hodie quidem propter inopiam omnium de hoc loco animadversionum iudicari potest, quo consilio quaque ratione scriptores Romani infinitivis historicis usi sint. At nihilominus locos, quibus et a Sallustio et a Tacito infinitivi historici adhibiti sunt, ipsos accuratius examinantes, permultos una eademque lege conscriptas esse facile cognoscimus. Saepissime enim illi nihil aliud afferunt, nisi argumentationem sive explicatam expositionem antecedentis sive totius sententiae sive unius vocabuli, documentis allatis effectam.

Ad primum illud genus, in quo infinitivis historicis non tam vocabulum quoddam enuntiati, quod praecedit, quam tota sententia explicatur, referenda sunt haec Cat. 13, 3:

> „Sed lubido stupri ganeae ceterique cultus non minor incesserat: viri muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere; vescendi causa terra marique omnia exquirere, dormire prius quam somni cupido esset, non famem aut sitim neque frigus neque lassitudinem opperiri sed ea omnia luxu antecapere;“

ubi prioris enuntiati „singula“ (lubido stupri, ganeae, ceterique cultus) „sequentibus“ (viri muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere; vescendi causa terra marique omnia exquirere, dormire prius quam somni cupido esset, non famen aut sitim neque frigus neque lassitudinem opperiri sed ea omnia luxu antecapere) „accura-

tius illustrari" iam Kritzius recte intellexit. Eodem modo res etiam permultis aliis locis se habet. Jam in capitibus proximis eadem invenitur ratio „singula sequentibus accuratius illustrandi." Cat. 12, 2 enim leguntur:

„Igitur ex divitiis iuventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere; rapere, consumere, sua parvi pendere, aliena cupere, pudorem pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere."

Hoc quoque loco sequentibus infinitivis rapere, consumere, pendere, cupere, habere accuratissime illustrantur prioris enuntiati luxuria, avaritia, superbia. — Et Cat. 14, 5. 6:

„Sed maxume adulescentium familiaritates adpetebat; eorum animi molles et fluxi dolis haud difficulter capiebantur. nam ut cuiusque studium ex aetate flagrabat, aliis scorta praebere aliis canes atque equos mercari, postremo neque sumptui neque modestiae suae parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret;"

identidem infinitivi historici, qui in altero enuntiato inveniuntur, sententiam antecedentem explanant atque explicant: per scorta praebere, canes atque equos mercari, neque sumptui neque modestiae suae parcere significantur „doli, quibus iuvenum illorum animos molles et aetate fluxos Catilina haud difficulter cepisse" dicitur.

Eadem enuntiati antecedentis sive explanatio sive explicatio per infinitivos historicos insequentes apud Sallustium multis aliis locis efficitur. Cat. 16, 1. 2. 3 igitur — ut exemplis utar — infinitivis historicis commodare, circumvenire, iugulare multi modi demonstrantur, „quibus idem Catilina iuventutem mala facinora edocuerit;" (qua re Sallustius commotus sit, ut hoc loco mediis in in-

finitivis historicis imperabat verbum finitum poneret, supra iam explanavi); Cat. 23, 2 infinitivo historico reticere exemplum affertur Q. Curionis vanitatis, occultare audaciae; ibid. 24, 2 verbis: „in dies plura agitare, arma parare; pecuniam portare" scriptor docet, se recte iudicasse, cum diceret, Catilinae furorem minime minutum esse; ibid. 25, 5 „posse versus facere, iocum movere, sermone uti" infinitivus historicus clarissime demonstrat, Semproniae ingenium re vera non fuisse absurdum.

Eodem modo Sallustius etiam in apodosi infinitivis utitur historicis, ut sententiam totius enuntiati, quod praecedit, singulis comprobet exemplis Cat. 6, 4; 31, 2; 39, 2; Jug. 6, 1; 11, 8; 20, 8; 38, 3; 39, 1; 41, 5; 43, 3; 44, 5; 50, 4; 51, 1. 5; 53, 7; 55, 2. 4; 58, 2; 60, 1. 2; 64, 2. 5; 72, 2; 74, 1; 87, 1; 92, 2 (de trahebantur iam dixi); 94, 4; 97, 5; 98, 1; 100, 1; 101, 11; 105, 4; 106, 6.

Eodem modo ac Sallustius, etiam Tacitus infinitivos historicos adhibuit ad explanandam sententiam, quae praecedit, primariam Agr. 5:

> „Nec Agricola licenter, more iuvenum qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam rettulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil adpetere in iactationem, nihil ob formidinem recusare simulque et anxius et intentus agere;"

Hist. II, 56:

> „Ceterum Italia gravius atque atrocius quam bello adflictabatur. dispersi per municipia et colonias Vitelliani spoliare, rapere, vi et stupris polluere;"

Ann. I, 4:

> „Igitur verso civitatis statu nihil usquam prisci et integri moris: omnes exuta aequalitate iussa principis

aspectare, nulla in praesens formidine, dum Augustus aetate validus seque et domum et pacem sustentavit. Postquam .... fatigabatur aderatque finis et spes novae, pauci bona libertatis in cassum disserere, plures bellum pavescere, alii cupere. pars multo maxima inminentis dominos variis rumoribus differebant: trucem Agrippam et ignominia accensum non aetate neque rerum experientia, tantae moli parem ..."

His quoque locis facile cognosci potest ex noscere, nosci, discere, sequi, adpetere, recusare, agere infinitivis historicis Agricolam re vera, militia in lasciviam minime versa, nec licenter nec segniter tribuni officio functum esse; ex spoliare, rapere, vi et stupris polluere Italiam profecto gravius atque atrocius quam bello adflictatam esse; ex aspectare, disserere, pavescere, cupere civitatis statum funditus eversum neque quidquam prisci integrique moris usquam relictum esse.

Idem sibi volunt infinitivi historici Agr. 18; 21 — ubi scriptor inter infinitivos, quibus saluberrima illa consilia Agricolae descripsit, erat verbo finito usus, suam sententiam interposuit, quo certius hanc ipsius sententiam ab eis, quae narravit, secerneret — 36; 37; — Hist. I, 23. 36 (adorare, iacere); 45; 62; 65; II, 12; 19; 23; 30; 46; III, 17; 36; 49; IV, 2; 11; 20; 29; 34; 46; 54; 62; 67; V, 15; — Ann. II, 23; 43; 55; 59; III, 20 (ubi loco infinitivorum priorum ablativi absoluti positi sunt); 46; IV, 12; 25; 60; 68; 69; 70; VI, 43; 50; XI, 9; 16; 28; 31; XII, 1; XIII, 19; 46 (valescere); XIV, 15 (personare, agere); 16; XVI, 13; 19.

Huc etiam referendi sunt paucissimi isti loci, quibus non sententiae principales, sed enuntiata secundaria, quae scriptor ablativis tantum absolutis significabat, infinitivis historicis illustrari comprobarique videntur, sicuti Ann. IV, 28:

„At contra reus nihil infracto animo obversus in filium quatere vincla, vocare ultores deos, ut sibi quidem redderent exilium . . ;“

ubi infinitivi quatere et vocare rei animum profecto infractum minime fuisse ostendunt.

Nec secus atque his locis res se habet Jug. 100, 3: quasi nullo inposito; Ann. XII, 15: spretis utrisque; XIII, 13: versis artibus. Quam rem nemo mirabitur, qui recordatus erit, Romanos breviloquentiae causa ablativis absolutis ita indulsisse, ut non modo enuntiata secundaria, sed etiam sententias principales e genere activo mutatas in passivum, eis redderent.

Praeter hos locos, quibus infinitivi historici enuntiatum proximum accuratius explicant vel comprobant, etiam paucos invenies, in quibus ante huiusmodi infinitivos enuntiatum quoddam, verbum finitum continens, ita positum est, ut infinitivi ipsi non ad proximam, sed ad alteram antecedentem referendi sint sententiam. Quibus ex locis est Agr. 19:

„Ceterum animorum provinciae prudens, simulque doctus per aliena experimenta parum profici armis, si iniuriae sequerentur, causas bellorum statuit excidere. a se suisque orsus primum domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est quam provinciam regere. nihil per libertos servosque publicae rei, non studiis privatis nec ex commendatione aut precibus centurionem militesve ascire, sed optimum quemque fidissimum putare. omnia scire, non omnia exsequi. parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare; nec poena semper, sed saepius paenitentia contentus esse; officiis et administrationibus potius non peccaturos praeponere, quam damnare cum peccassent. frumenti et tributorum exactionem aequalitate munerum mollire, circumcisis quae in quaestum

reperta ipso tributo gravius tolerabantur. namque per ludibrium adsidere .... cogebantur ..;"

ubi infinitivi historici ad: causas bellorum statuit excidere referendi sunt, cum demonstrent, quibus remediis Agricola excisionem illam effecerit; enuntiatum autem interpositum, coercuit verbum finitum continens, quamquam ad antecedentem sententiam aliquid novi explicationis causa adiungit, tamen ad ipsam causarum bellorum excisionem minime spectat. Alii eodem modo compositi loci inveniuntur Hist. I, 36. 85; II, 42; IV, 16; Ann. I, 16. 21. 31; XV, 58.

Jam vero transeamus ad eos infinitivos historicos, quibus non tota enuntiata, sed singulae tantum voces illustrantur. Sunt autem illae voces aut adiectiva aut participia subiectis apposita, quorum apud Sallustium et Tacitum inveniuntur haec:

acer: Hist. II, 5: Vespasianus acer militiae anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio ac, si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans ...

adductus: Cat. 40, 4: Haec ubi dixit Allobroges in maxumam spem adducti Umbrenum orare ut sui misereretur.

ambiguus: Ann. XV, 38: Postremo, quid vitarent quid peterent ambigui, complere vias, sterni per agros.

anxius: Jug. 93, 1: At Marius multis diebus et laboribus consumptis anxius trahere cum animo suo omitteretne inceptum ....

appetens: Hist. IV, 83: Sed Ptolemaeus, ut sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum adpetens, neglegere paulatim aliasque ad curas animum vertere, donec ...

aspernans: Hist. II, 52: Sed milites ut falsum rumorem aspernantes, quod infensum Othoni senatum arbi-

trabantur, custodire sermones, voltum habitumque trahere in deterius.

callidus: Ann. II, 57: Sed amici accendendis offensionibus callidi intendere vera, adgerere falsa ipsumque et Plancinam et filios variis modis criminari.

captus: Hist. III, 73: Ex diverso trepidi milites, dux segnis et velut captus animi non lingua, non auribus competere; neque alienis consiliis regi, neque sua expedire; huc illuc clamoribus hostium circumagi; quae iusserat, vetare, quae vetuerat, iubere; mox, quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exsequi . . . .

conquirens: Ann. XII, 68: Iam primum Agrippina, velut dolore evicta et solacia conquirens, tenere amplexu Britannicum, veram paterni oris effigiem appellare ac variis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur.

consulens: Jug. 33, 3: At C. Memmius . . . . . dignitati quam irae magis consulens sedare motus et animos eorum mollire, postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore.

discors: Ann. XII, 54: (Galilaei et Samaritae) discordes olim et tum contemptu regentium minus coercitis odiis. igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias et aliquando proeliis congredi, spoliaque et praedas ad procuratores referre. hique primo laetari, mox gliscente pernicie cum arma militum interiecissent, caesi milites; arsissetque . . . .

diversus: Hist. IV, 84: Qui (Scydrothemis) diversus animi modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri.

evictus: Ann. XII, 68 v. conquirens.

exsolutus: Ann. XII, 46: Digressu centurionis velut custode exsolutus praefectus hortari Mithridaten . . . .

ferox: Jug. 84, 1 v. infestus.

ignarus: Jug. 67, 1: Romani milites, inproviso metu incerti ignarique quid potissumum facerent, trepidare; — Hist. II, 18: Sed indomitus miles et belli ignarus correptis signis vexillisque ruere et retinenti duci tela intentare, spretis centurionibus tribunisque.

impatiens: Ann. XIII, 15: Sed Nero lenti sceleris inpatiens minitari tribuno, iubere supplicium veneficae, quod . . . . . morarentur.

incertus: Jug. 67, 1 v. ignarus.

indefessus (?) Ann. I, 64: Germani ob prospera indefessi, ne tum quidem sumpta quiete, quantum aquarum circum surgentibus iugis oritur vertere (?) in subiecta, mersaque humo et obruto quod effectum operis duplicatus militi labor.

indomitus: Hist. II, 18 v. ignarus,

infensus: Hist. I, 72: Eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti Titi Vinii invidia, concurrere e tota urbe in Palatium ac fora, et ubi plurima volgi licentia, in circum ac theatra effusi seditiosis vocibus strepere, donec . . . .

infestus: Jug. 84, 1: At Marius . . . . antea iam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare, singulos modo modo univorsos laedere, dictitare sese consulatum ex victis illis spolia cepisse, alia praeterea magnifica pro se et illis dolentia. interim quae bello opus erant prima habere, postulare legionibus supplementum . . . .

maestus: Ann. XV, 16: Maesti manipuli ac vicem commilitonum miserantes ne lacrimis quidem temperare; vix prae fletu usurpata consalutatio.

memor: Cat. 60, 3: Veterani pristinae virtutis memores comminus acriter instare.

miserans: Ann. XV, 16 v. maestus.

multus: Jug. 84, 1 v. infestus.

nescius: Ann. IV, 54: Atque illa (Agrippina) simulationum nescia, cum propter discumberet, non vultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos, donec advertit Tiberius . . .

opulentus: Ann. IV, 48: Id primo servatum: mox versi in luxum et raptis opulenti omittere stationes, lascivia epularum aut somno et vino procumbere.

perculsus: Jug. 38, 5: Milites Romani perculsi tumultu insolito arma capere alii alii se abdere, pars territos confirmare, trepidare omnibus locis. — Jug. 82, 2: Quibus rebus supra bonum aut honestum perculsus, neque lacrumas tenere neque moderari linguam, vir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem pati.

pronus: Hist. IV, 83 v. appetens.

properus: }
remittens: } Hist. III, 55: Ipse (Vitellius) nihil e solito luxu remittens et diffidentia properus festinare comitia, quibus consules in multos annos destinabat; foedera sociis, Latium externis dilargiri; his tributa dimittere, alios immunitatibus iuvare; denique nulla in posterum cura lacerare imperium.

seditiosus: Jug. 73, 5: Praeterea seditiosi magistratus volgum exagitare, Metellum omnibus contionibus capitis arcessere, Mari virtutem in maius celebrare.

segnis: Hist. III, 73 v. captus.

trepidus: Hist. I, 81: Qui trepidi . . . . . manere ac deprehendi an fugere et dispergi periculosius foret, modo constantiam simulare, modo formidine detegi, simul Othonis voltum intueri; — Ann. I, 46: At Romae . . . . . trepida civitas incusare Tiberium quod . . . .

turbatus: Ann. XIII, 15: Turbatus his Nero et propinquo die, quo . . . . explebat, volutare secum modo matris violentiam, modo ipsius indolem . . .
versus: Ann. IV, 48 v. opulentus.

Quae adiectiva participiaque accuratius examinantes, facile cognoscimus, ea omnia ad animum sive ingenium sive mores subiecti, de quo agitur, spectare. Hisce igitur locis rem aliquam, quae infinitivis historicis explicatur, in subiecto re vera inesse planum fit ac probatur. Quod, ut prorsus intellegatur, paucis exemplis demonstrare libet. Jug. 33, 3 igitur (v. vocem consulens) per sedare motus et animos eorum mollire, postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore, C. Memmium in contione illa turbulentissima profecto dignitati magis quam irae consuluisse Sallustius demonstrat; Hist. I, 81 (vide vocem trepidus) infinitivi modo constantiam simulare, modo formidine detegi primores feminas virosque imminentis periculi metu trepidasse patefaciunt; ibid. III, 73 (v. vocem captus) verbis non lingua, non auribus competere; neque alienis consiliis regi, neque sua expedire; huc illuc clamoribus hostium circumagi; quae iusserat, vetare, quae vetuerat, iubere; mox, quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exsequi, dux re vera segnem et velut captum animi se praestitisse ostenditur.

Iam si quaerimus, quod discrimen inter constructionem illorum locorum, quos paulo supra enumeravi, et inter hos, quos modo adscripsi, intercedat, re vera nihil omnino interesse dicendum est, quoniam, sententiis ipsis nullo modo mutatis, hi loci omnes facillime cum illis adaequari possunt. Si enim Cat. 40, 4 adducti verbo forma finita sunt addita esset, ita ut legeretur: „Haec ubi dixit, Allobroges in maxumam spem adducti sunt: Umbrenum orare, ut sui

misereretur;" aut si Jug. 33, 3 parpticipium consulens in formam finitam ita mutatum esset, ut totus locus hic esset: „At Gaius Memmius, advocata contione, quamquam regi infesta plebes erat et pars in vincula duci iubebat, pars, nisi socios sceleris sui aperiret, more maiorum de hoste supplicium sumi, dignitati qam irae magis consuluit: sedare motus et animos eorum mollire, postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore;" aut si scripta essent Hist. II, 5 (v. vocem acer): „Vespasianus acer erat militiae: anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio ac, si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans," et Ann. II, 57 (v. vocem callidus): „Sed amici accendendis offensionibus callidi erant: intendere vera, adgerere falsa ipsumque et Plancinam et filios variis modis criminari;" aut Hist. III, 73 (v. vocem captus) si Tacitus dixisset: „dux sese segnem et velut captum animi praestitit: non lingua, non auribus competere; neque alienis consiliis regi, neque sua expedire; huc illuc clamoribus hostium circumagi; quae iusserat, vetare, quae vetuerat, iubere; mox, quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exsequi," nullus horum locorum omnium ex numero istorum, quos supra composui, esset secernendus.

Index.

Vita.

Christianus Fridericus Carolus Huebenthal natus sum die III. mensis octobris a. h. s. LII. Servestae Anhaltinorum patre Augusto matre Henrietta e gente Pitschkeana, quam morte iam abreptam vehementer doleo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis in schola privata, tum in ea, quam liberi plebeii generis frequentant, imbutus, annum agens decimum, gymnasium patriae urbis, tunc Carolo Sintenis directore florens, adii et per undecim annos frequentavi, ubi Theophilus Stier, Fridericus Hammer, Franciscus Kindscher, Guilelmus Corte, Gustavus Kuehne, viri doctissimi, me ad studia antiquitatis tractanda maxime incitaverunt. Vere a. h. s. LXXIII. testimonio maturitatis instructus Halas Saxonum me contuli, philologicis maxime theodiscisque me daturus studiis. Per octo semestria ibi me docuerunt hi viri illustrissimi: Keil, Zacher, Haym, Pott, Droysen, Kramer, Beyschlag, Koestlin, Ulrici, Brieger, Matz, Heydemann, Gering, Thiele, Hense, Tschischwitz, Siebeck, Asmus, Vogel. Atque sodalis fui prosemimarii philologici seminariique paedagogici regii ordinarius; praeterea Zacher benigne mihi permisit, ut theodiscae, Gering ut gothicae interessem societati. Quibus viris omnibus optime de me meritis, et illis, quos supra nominavi, et his, praecipue Henrico Keil, Julio Zacher, Ru-

dolfo Haym, Augusto Pott, Gustavo **Kramer**, viris doctissimis, propter summam erga me humanitatem et benevolentiam, gratias quam maximas habeo semperque habebo.

A paschali tempore a. h. s. LXXVII. in orphanotrophei Halensis scholis theodiscis quae vocantur praeceptoris fungor munere.

